

piens, fregit, & postea Discipulis dedit, & per eos de-

III. Hieronymus in Levit. [imò Ori- genes an. 217. Alexandria.]

Si quis vult Pontifex non tam vocabulo esse, quam meri-

Corr. Rom. Hieronymus. Citatur ex B. Hiero- nymo, & extat in Homilia sexta Origenis in Leviticum:

EPISCOPI ET ECCLESIASTICI LITERAS SECLARES SCIANT AD NECESSITATEM. DISTINCTIO XXXVII.

Gratianus. Sed quæritur, an secularibus literis oporteat eos esse eruditos. De his ita scribitur

I. IN CONCILIO CARTHAGINENSIS IV. c. 16. [an. 398. in Africa.]

Episcopus Gentilium libros non legit; hereticorum autem, pro necessitate, aut tempore.

II. Item Hieronymus ad Damasum Pa- pam de filio prodigo, Epist. 146. [c. an. 378. in Palestina in Italianam.]

Sacerdotes Dei omnis Evangelis, & Prophetis vide- mus Comœdias legere, amatoria bucolicorum versum verba canere, Virgilium tenere;

III. Idem ad cap. 4. Epist. ad Ephesios, lib. 2. Comment. [an. 386. in Palestina.]

Nonne vobis videtur in vanitate sensus, & obscenitate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus in Dialectica arte torquetur?

Corr. Rom. a Ferit. Antea legebatur, Iambum serens. In originali autem impresso est, Iambum fruus. Emendatum verò est ex antiquo Gratiani exemplari.

Iambus ipse sex annis locis manet, Et inde nonne inditum est Janario;

Sed ter scribitur, hinc Trimeter dicitur, Scandendo binos quod pedes coniungimus.

IV. Idem Hieronymus lib. 9. ad c. 28. Itaque. [an. 406. in Palestina.]

Qui Scripturas Sacras malè intelligit, vel seculari sapientia abutitur, vino inebriatur, & sicera.

Vino inebriantur, quando Scripturas Sanctas malè intel- ligunt, atque pervertunt; sicera, quando seculari abu- tuntur sapientia, & Dialecticorum tendiculis, que non tam vincula sunt appellanda, quam pharnata, id est, & al. tendicu- umbra: quædam, & imagines, quæ citò pereunt, atque sol- vuntur. Idem. §. 1. Secundum tropologiam Pseudo- vuntur. Idem. §. 1. Secundum tropologiam Pseudo- vuntur. Idem. §. 1. Secundum tropologiam Pseudo- vuntur.

V. Idem lib. 3. ad c. 6. Epist. ad Ephes. [an. 386. in Palestina.]

Reprehenduntur Episcopi, qui filios suos secularibus erudiunt literis.

Elegant Episcopi, atque Presbyteri, qui filios suos se- cularibus literis erudiunt, & faciunt illos Comœdias le- gere, & mimorum turpia scripta cantare, de Ecclesiasticis forsitan sumptibus eruditos.

VI. Ex Responsione Hadriani a Papæ ad Car- oolum, c. 49. [an. 794. Romæ in Galliam.]

Omne vim venenorum non suorum in Dialectica dispu- tatione consistunt heretici, que, Philosophorum sen- tentia, definitur non adstruendi vim habere, sed studium destruendi.

Corr. Rom. a Hadriani. Hoc Caput antea tribue- batur Urbano. Sed est in Scripto Hadriani de imaginibus ad Carolum Magnum, c. 49. & inde emendatum est. Ea- dem verò habentur apud B. Ambrosium lib. 1. de fide ad Gratianum Imper. c. 3.

VII. Item Rabanus de Preffuris Ecclesi- asticis. [c. an. 847. in Germania.]

Beatus Hieronymus ab Angelo verberatur, quia Cice- ronius libros legebat.

Legimus de Beato Hieronymo, quod cum libros lege- ret Ciceronis ab Angelo est correptus, eò quod vir Christianus Paganorum figmentis intenderet.

Hinc etiam filius ille Prodigus in Evangelio p reprehenditur; qui de siliquis, quas porci manducabant, ven- trem suum replere cupiebat.

Sed contra legitur, quod Moyse, & Daniel, omni scientia Egyptianorum, & Chaldaeorum erudit fuerunt.

Poetas invenimus, in usum salutiferæ eruditionis verita- tum. §. 3. In Levitico etiam primitias mellis, id est, dulcedinem humane eloquentiæ, Domino iubeum offerre.

Magi quoque tria munera obtulerunt Do- mino, in quibus nonnulli tres partes Philosophiæ volunt intelligi.

Denique (ut in expositione Pfalterii Cas- siodorus y testatur) omnis splendor Rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus Poeticæ locutionis, qualibet varietas deco- re pronunciationis à Divinis Scripturis sumptis exordium.

Hinc & Ambrosius d ait super Epistolam Colossien- sium. [Omni ratio scientiæ Superne, vel terrænæ crea- turæ in eo est, qui est caput eorum & autor: ut qui hunc novit, nihil ultra querat, quia hic est perfecta virtus, & sapientia; quiddam alibi queritur, hic perfectè inve- nitur. In Daniele, & Salomone ostendit inhdclibus te- tios autorem Sapientiæ. Quod inhdclis non putant, quia non legunt in Evangelis, & Prophetis Astrologiam, Geometriam, & alia huiusmodi: quæ idè decepta sunt à nostris, quia nihil valent ad salutem, sed mit- tunt in errorem; & dum his student, curam animæ non

habent. Qui verò Christum novit, thesaurum sapientiæ, & scientiæ invenit; quia id novit, quod utile est.

Corr. Rom. a Origenes. Is Homilia 4. ad cap. 7. Exodi, ranas quidem comparat Poëtis; ciniphes autem Dialecticis.

Levitici cap. 2. prohibetur fermentum, ac mel adoleri in sacrificio Domini: primitiæ tamen eorum iu- bentur offerri, sed non super altare imponi. Ubi in Glossa ordinaria mel exponitur Gentilis eloquentia, ab Ilychio au- tem Paganorum doctrina, cujus primitiæ ad imitationem Beati Apollotoli Pauli possunt Deo offerri.

Cassiodorus. In prologo Pfalterii, c. 15. Sequenti multis verbis Cassiodorus Divinæ Scripturæ eloquentiam ex- plicat, & commendat. Sed quæ assert in principio expla- nationis Pfalms 6. valdè videntur his, quæ nunc referun- tur, convenire.

Ambrosius. Ex B. Ambrosii principio expositionis ca- pituli Epistolæ ad Colossenses, hæc summatim col- lecta sunt, referunturque in Glossa ordinaria, & ab Ansel- mo ad idem caput secundum, cujus Anselmi verbis Gratia- ni verba magnopere sunt similia.

Gratianus. Hinc etiam, in Samuëlis allegoricis expositionibus VIII. Bæda libro 2. Regum, c. 9. [c. an. 720. in Anglia.]

Non prohibentur Clerici seculares literas legere. Urbat v acumen legentium, & desicere cogit, qui eos à legendis secularibus literis omnimodo estimat prohibendos; in quibus, si qua inventa sunt utilia, & quali sua sumere licet.

Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? Sed seculares literas quidam legunt ad voluptatem, Poëtarum figmentis, & verborum ornatu de- lectati: quidam verò ad eruditionem eas addiscunt, ut erro- res Gentilium legendo detestentur, & utilia, quæ in eis inveniunt, ad usum sacre eruditionis devotè convertant.

Tales laudabiliter seculares literas addiscunt. Unde B. Gregorius a quemdam Episcopum non reprehendit, quia eas didicerat; sed quia contra Episcopale officium pro lectione Evangelicæ, Grammaticam populo exponebat. Hinc etiam scribit

IX. Ambrosius super Lucam in explana- tione Proemii. [c. an. 390. Mediolani.]

Seculares literæ legenda sunt, ne ignorentur. Legimus a aliqua, ne negligantur; & legimus, ne ignore- mus; legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus.

Corr. Rom. a Negligantur. Sic etiam in Panno- mia; sed in originali, & in uno Gratiani manuſcr. ne legantur. Ibi enim agitur de Pleudevangeliis. Sed non est mutatum ab Glossam.

X. Item Hieronymus ad c. 1. Epistolæ ad Titum. [c. an. 386. in Palestina.]

Grammatica legenda est, ut per eam Sacre Scripturæ intelligantur.

Si quis artem Grammaticam novit, vel Dialecticam, ut rationem rectè loquendi habeat, & inter falsa & vera dijudicet, non improbamus.

Geometria quoque, & Arithmetica, & Musica habent in sua scientia veritatem: sed non est scientia illa, scientia pietatis. Scientia pietatis est nosse Legem, intelligere Prophetas, Evangelio cre- dere, Apostolos non ignorare.

Grammaticorum a autem doctrina etiam potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores usus assumpta.

Corr. Rom. a Non improbamus. Absunt istæ duæ voces ab originali. Exponens enim B. Hieronymus verba illa ex principio Epistolæ ad Titum, & cognitionem veri- tatis, quæ est iuxta pietatem, ita scripti: Est planè veritas, quæ non habet pietatem; & si quis Grammaticam, &c. §. Grammaticorum. Hæc non sunt B. Hieronymi, sed Ili- dori lib. 3. de summo bono, c. 13. ex quo citat Ivo.

XI. Item Hieronymus in primum caput Danielis. [c. an. 404. in Palestina.]

Exemplo Danielis probatur non esse peccatum secula- rium literis erudiri.

Qui de mensa Regis, & de vino potus ejus noluit comedere, ne pollutantur; utique si ipsam sapientiam, atque doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatum, num- quam acquiescerent discere, quod non licebat. Discunt autem, non ut sequantur; sed ut iudicent, atque convin- cant: quomodo si quippiam adversus Mathematicos vult scribere imperitus Mathematici, nisi pateat, & adversus Philoſophos disputans, si ignoret dogmata Philoſophorum.

Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldaeorum, quæ & Moy- ses omnem sapientiam Egyptianorum didicerat. Idem.

Si quando cogimur literarum secularium recor- dari, & aliqua ex his discere, quæ olim omnium; non Pars I.

nostræ est voluntatis, sed, ut ita dicam, gravissima ne- cessitatis, ut probemus ea, quæ à Sanctis Prophetis ante secula multa prædicta sunt, tam Græcorum, quam Latino- rum, & aliarum Gentium literis contineri.

XII. Item ex Synodo Eugenio a Papæ II. [an. 426. Romæ.]

Magistros & Doctores Episcopi congruis locis consti- tuant.

De quibusdam locis ad nos refertur neque Magistros, neque curam inventri pro studio literarum. Idcirco in univervis Episcopis, subiectisque plebibus, & aliis locis, in quibus necessitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, ut Magistri & Doctores constituantur; qui stu- dia literarum, liberaliumque Artium dogmata assidue doceant: quia in his maximè Divina manifestantur, atque declarantur mandata.

Corr. Rom. a Eugenio. Apud Anselmum citatur ex Synodo habita Romæ in consilio Lateran. à Beato. .... In Polycarpo eodem modo, & additur nomen Eugenio: ex quo etiam citat Ivo. Inventum verò est in Synodo Eugenio Pa- pæ II. & in Synodo Leonis IV. quarum Synodorum, ut alibi dictum est, exemplaria sunt in Vaticana Bibliotheca. In Indice etiam Synodi à Gregorio VII. Romæ habite, talis cu- jusdam capituli hæc ponitur summa, ut omnes Episcopi ar- tes literarum in suis Ecclesiis doceri factant.

XIII. Item Augustinus contra Faustum Manicheum, lib. 13. c. 15. [an. 392. in Africa.]

Autoritatis Gentilium, eorum vanitas retunditur, atque vincitur.

Si quid veri de Deo Sibylla, vel Orpheus, alive Gentium Vates, aut Philoſophi prædixisse perhibentur, valet quid- em aliquid ad Paganorum vanitatem revincendum; non ta- men ad istorum autoritatem amplectendam. Quantum enim distat de Christi adventu inter prædicationem Angelorum, & confessionem Demoniorum; tantum inter autoritatem Prophetarum, & curiositatem sacrilegorum.

XIV. Item Clemens Papa I. Epist. 5. ad suos Discipulos. [c. an. 68. vel 95. Romæ Hierosolymam.]

Ad intelligentiam Sacrarum Scripturarum, secularium peritia necessaria ostenditur.

Relatum est nobis, quod quidam in vestris partibus com- morantes adversantur Sacris doctrinis: & prout eis videtur, non secundum traditionem patris, sed iuxta sen- sū suum, docere videntur. Multas enim quidam, ut au- divimus, veterum partium ingeniosi homines, ex iis, quæ legunt, verisimilitudines capiunt. Et idè diligenter ob- servandum est, ut Lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in Scripturis Divinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisque sponte præsumpt; sed fieri non oportet. Non enim sensum, quem extrinse- cus adulteretis, alienum, & extraneum debetis querere; aut quoquo modo ipsum Scripturarum autoritate confirma- re: sed ex ipsis Scripturis sensum capere veritatis. Et idè oportet ab eo intelligentiam discere Scripturarum, qui eam à Majoribus secundum veritatem sibi traditam servavit; ut ipse possit ea, quæ rectè susceperit, competenter afferere. Cum enim ex Divinis Scripturis integram quis, & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communis, ac liberalibus stu- diis, quæ fortè in pueritia attingit, ad assertionem veri dog- matis conferat: ita tamen, ut ubi vera didicerit, falsa & simulata declinet.

XV. Item Isidorus in lib. 3. Sententiarum de summo bono, c. 13. [c. an. 625. in Hispania.]

Quare prohibetur Christianis Poëtica figmenta legere. Ideò prohibetur Christianis figmenta legere Poëtarum; quia per oblectamenta inanium fabularum mentem exci- tant ad incentiva libidinum. Non enim solum thura offerendo, Damonibus immolatur; sed etiam eorum dicta li- bentibus capiendis.

Ut itaque ex præmissis apparet, imperitia Sacerdotibus semper debet esse adversa: quia cum per ignorantiam ca- cati-aliis ducatum præstare coeperint, ambo in focam cadunt; unde dicitur in Psalm. Obscuratur oculi eorum, ne videant; & dorsum eorum semper incurva. Cum enim obscurantur illi, qui præcunt, ad terenda onera pec- catorum facile sequentes inclinantur. Elaborandum est itaque Sacerdotibus, ut ignorantiam à se quasi quamdam pestem abiciant. Licet enim servus nesciens voluntatem Domini sui, & non faciens, dicatur vapulare paucis, non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Alit enim Apostolus: Qui ignorat, ignorabitur. Quod de eo in- telligendum est, qui noluit intelligere, ut bene ageret. Unde ait